De Veris igitur principijs aliquid commemorare constitui, quod eo melius et facilius, ut spero, facere potero, quoniam et librum vetustissimum compositum à monachis nobilibus (sicuti enim multi clarissimi Imperatores et Duces belli vita ferè peracta, sese in monasteria abdere solent, ubi in otio saepius recordantur praeliorum, quibus praefuerunt, et quando victi sunt, causasque quomodo praevenire potuerint considerant, posteritati deinde scriptis consulere possunt: ita et nobiles quondam, qui, non modo Castorem imitati, sed et Pollucis exemplo, de quibus ambobus sic canit Ovidius:

Tyndaridae fratres, hic eques, ille pugil.

plerunque erant fortes et peritissimi tam in pedestri quam equestri pugna, tandem veterani et emeriti vitam monasticam elegerunt, propter consuetum autem laborem in otio vivere non potuerint, sed ad valetudinem tuendam certis horis haec exercitia habuerint, tandem fundamentum invenisse eos, mirum non est)

describendum